

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                      |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                      |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Cujus per errorem soluti repetitio est, ejus consulto dati donatio est. <i>L. 53. ff. d. R. 7. i. e.</i> Qui sciens indebitum solvit solutum non repetit. <i>L. 9. C. b.</i></p> <p>2. Quicumque indebitum civile &amp; naturale, vel naturale tantum, per errorem solvit solutum repetere potest. <i>L. 41. L. 47. ff. b.</i> soluto indebito civili tantum repetitio cessat, quia naturalis obligatio impedit conditionem indebiti. <i>L. 19. ff. b.</i></p> | <p>3. Jure Naturæ æquum est neminem cum alterius detrimento &amp; injuria locupletiolem fieri. <i>L. 206. ff. d. R. 7.</i></p> <p>4. Qui jus ignorat pro sciente habetur. <i>a. L. 9. C. ad L. Falc.</i></p> <p>5. Homo prudens &amp; diligens non præsumitur indebitum solvisse. <i>L. 25. ff. d. probat.</i> imprudens aut deses tamen. <i>d. l. 25. §. 1.</i></p> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

## TIT. VII.

### De Condiçione sine causa.

*Condiçio sine causa* } *Est actio personalis, stricti juris, competens illi, cujus res apud alium sine causa existit ejusque hæredibus, adversus illum, qui rem habet, ejusque hæredes, ad eandem cum accessionibus restituendam. l. 1. ff. b. j. l. 15. ff. d. cond. ind.*

*Dividitur in Condiçionem* } *Certi, qua certa quantitas vel species petitur.*  
*Incerti, qua res incerta petitur: ut liberatio ab obligatione, suscepta sine causa. l. 3. ff. b.*

*Oritur ex Quasi contractu. Acceptationis vel Detentionis sine causa, ex quo is, qui rem sine causa habet, ad eam restituendam obstringitur. a. L. 32. ff. d. R. C. nec interest, si ab initio causa habendi abfuerit. l. f. §. 1. ff. b. si ea non secuta, si finita sit. l. 1. §. 2. ff. b.*

*Est Generalis* } *Unde cum condiçionibus reliquis concurrat: veluti cum condiçione causa data causa non secuta. l. 4. ff. b.*  
*Sola tamen competit, si dissoluto debito creditor retinuerit instrumentum debiti. l. 2. C. d. condiç. ex leg. aut possessio à vi dejecto repetatur. l. 25. §. 1. ff. d. furt. aut fullo vestimentorum, tanquam sua culpa amissorum, ex locato conventus, Domino præstiterit æstimationem, eaque postea Dominus apud se invenerit, ut solutum pretium recuperet. l. 2. ff. b. j. Hahn. ad Wes. b. n. 2. ubi præj.*

*Affinitatem habet cum Condiçione ex Leg. 32. ff. d. reb. cred. quæ est actio personalis, subsidiaria, competens illi, cujus res ex contractu, ob errorem in persona, invalido ad alium pervenit ejusque hæredibus, adversus accipientem ejusque hæredes, ad indemnitate secundum contractus illius naturam & æquitatem consequendam. Laut. D. ad d. L. 32. ff. d. R. C. Part. 2. th. 6. seqq.*

Nostrum, quod ab alio detinetur, nobisque reddi bonum & æquum est, ab eodem condici potest. *L. 32. ff. d. R. C.*

## LIB. XIII. PAND. TIT. I.

### De Condiçione Furtiva.

*Condiçio Furtiva* } *Est actio personalis, rei persecutoria. l. 7. §. 1. ff. b. non famosa. L. 36. ff. d. O. & A. qua Dominus. l. 1. ff. b. vel is cujus interest rem furtivam non esse surreptam, eorumque hæredes. l. 11. ff. b. l. f. §. 3. C. d. furt. eandem à fure ejusque hæredibus. l. 7. §. 2. ff. b. repetunt.*

*Dividitur in Condiçionem* } *Certi, Domino, qui rem tempore surreptionis possedit, competentem, ad rem ipsam restituendam. l. 1. l. 11. ff. b. Struv. Ex. 18. th. 52. Eadem illi, qui tempore furti possedit, & postea quæsitivum Dominium, deneganda haud esse videtur. a. l. 7. §. 4. ff. ad exhib.*  
*Incerti, quæ non Dominis, jus in re (ut pignoris. l. 12. §. f. ff. b.) vel interesse habentibus (ut commodatariis. l. f. §. 3. C. d. furt. j. l. 14. §. 16. ff. d. furt.) conceditur, & interesse, e. g. possessionem restituendam, persequitur. l. 22. ff. d. pign. act. idem Jur. Sax. sentiendum de commodatario, in quem ne illo quidem jure dominium aut possessio transit. a. & N. l. 2. a. 60. secundum Schilt. ad π. Ex. 25. §. 5. 6. Conf. Carpz. P. 2. C. 26. d. 5.*

*Oritur ex Quasi contractu, quo fures eorumque hæredes ad rei furtivæ restitutionem se obstrinxisse præsumuntur. Nam condiçio hæc in eo saltem est irregularis, quod Dominis conceditur. §. 14. I. d. action. conf. Schrag, ad b. t. §. 3.*

*Datur. v. pag. seq.*